



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

28. Quomodo anni fertilitatis & famis ad ætatem Iosephi accommodentur.
Gen.41.v.29.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

sum Iacobi in AEgyptum, extendi ad annos 17, quos Iacob in AEgypto vixit: imò usque ad obitum Iosephi, eo quod procurante & vocante Iosepho, Israël in AEgyptum descenderit. Ita Abulensis, Peterius, Del Rio, Cornelius, Bonsterius, Menochias in cap. 46. Gen. ex S. Aug. q. 173. in Genesin, consentit. Sallanus an. m. 2529. num. 11. Petavius lib. 9. sub finem cap. 19.

CAPVT XLVII.

GEN. v. 9. &c 18.

Dies peregrinationis mea centum triginta annorum sunt. Huius ætatis erat Iacob cum in Aegyptum à Iosepho annos 39. nato accersitus venit, tota Israëlitatum, quæ tunc erat comitante progenie, exceptis Iosepho & filijs eius, qui iam erant in terra AEgypti. Id accidit anno 2. famis exacto, ab Orbe condito, ut abiutor currente anno 2, 29. à diluvio 673. æræ Babylonicae 512. à promissione 216. instanti vel ineunte: ante Exodum 215. ante ingressum in terram promissionis 255. ante regnum Davidis 651. ante templum Salomonis 694. ante regnum Israël 731. ante Christi æram 1712. Cum verò Scriptura dixisset, Iacob in AEgypto vixisse 17. annos; subdit, v. 28. faltiq. sunt omnes dies vite illius centum quadraginta septem annorum. quod ex diatribis manifestum est. Addit Sallanus in Epitaphio Iacobi, eum 84. annos cælibem vixisse, cum Abraham anno 15. tres & sexaginta cum Ismaële patruo, centum & virginem cum patre suo Isaac: quæ omnia perspicue exhibent tabulae nostræ expansæ, quæ obitum Iacobi anno ante Christum 1695. repræsentant.

Quando
Iacob in
AEgyptum
descenderit

CAPVT L.

GEN. v. 25.

Ioseph mortuus est expletis centum decem vita sua annis. Vixit cum patre & fratribus suis usque ad annum vitæ suæ 17. deinde in herili domo & seruiture annos 10. in carcere 3. in principatu 80. post descensum in AEgyptum 71. Morte Iosephi clauditur liber Geneseos, qui continet annos 2399. ex eorum sententia qui Cainan iuniorem agnoscunt, & ortum Abrahæ ad annum 130. Thare dilatum putant.

* * *
Æras &
obitus Iosephi.

IN

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A. M.

17